

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 7. Conservatorum jurisdictione, an possit prorogari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

QUÆSTIO SEXTA.

An cognoscat de causis matrimonialibus.

SUMMARIUM.

1. Prelati inferiores possunt causarum arduarum iurisdictionem prescribere.

REl ponderer negative. Quia matrimoniales cause sunt Episcopales. ca. acciden-
tibus ubi DD. de excesso prelat. Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de Refor. acquisitatur
enim matrimoniales cause criminalibus. cap. pen. de Ref. in integ. gloss. Barth. & D.D.
l. 3. §. quacumque ss. de injurando. de quibus conservator non cognoscit. Idque
nisi diploma conservatoriale aliud disponat; uti jam questione secunda diximus. arg.
cap. 2. de officio vicarii in 6. aut nisi etiam consuetudine vel prescriptione aliud sit pa-
dicatum. Navar. conf. 3. num. 4. de offic. del. ca. auditio ubi DD. de prescript. Abb. d. ss.
decedentibus num. 3. ubi etiam apost. possunt enim Prelati etiam Episcopo inferiores
jurisdictionem talium causarum prescribere. ca. 1. de const. in 6. c. 1. de consang. Cor. 17.
in ep. q. 2. cap. 8. §. 12. Abb. d. cap. auditio Sacrus in floribus decisionum iuu. 17. de offi-
deleg. dec. 2. qua de re vide plenius infra quest. 96.

QUÆSTIO SEPTIMA.

Conservatorum jurisdictione an possit prorogari.

SUMMARIUM.

- 1. Jurisdiction ad universitatem causarum potest prorogari.
- 2. Item indicum specialiter deputatorum pu-
ta scholarium artificum, &c.
- 3. Inactum mixta qualitas preponderans est consideranda.
- 4. Quatuor sunt prorogationis species.
- 5. De prorogatione rei ad rem.
- 6. De prorogatione loci ad locum.
- 7. De prorogatione temporis ad tempus.
- 8. De prorogatione persona ad personam.
- 9. De prorogatione causarum meri & mixti imperii.

DE

DE Conservatoribus deputatis ad universitatem causatum dubium non est, jurisdictione enim ad universitatem causarum delegata potest prorogari. Abb. cap. de causa de Offic. del. Menoch. de arb. jud. quæst. 67. num. 54. ¹ Abbas cap. 1. & 9. num. 5. ubi Felin. num. 6. vers. sexto fallit de iudicio. Quia iudicessad universitatem causarum delegati ordinatis æquiparantur. late Fel. cap. qualiter & quando de causa glff. cap. cum causam de appellat. Abbas cap. P. & G. numer. 5. de offic. delegat. Confirmo id ex iii, quæ libro de jurisdictione ordinarii in exemplis primo quæst. 45. adduxi, arguendo ab habentibus judices speciales ad hanc exemptionem materiam. Sicut enim jurisdictione fisci protogari potest. l. C. de iuris. fid. om. iudicium. Ac iudicium v.g. artificii lanae est prorogabilis. afflctus dec. 27. item iudicium scholarum. Nevijan. conf. 35. num. 10. Barth. l. 1. num. 8. ff. de judic. Abb. cap. P. & G. num. 14. ita & Conservatorum. Equiparatorum enim eadem est ratio & juris dispositio. Preses in locis loco ab equiparatis. & ita hac in quæstione concludit Innocentius. cap. 1. num. 7. de offic. del. in 6. ubi Joan. Andri. numer. 9. & Geminianus. Neque dum ita concludo immemor sum ejus sententiae, quam alio in loco comprehensus sum. de jurisdict. ord. in Exempt. lib. 2. quæst. 11. Judices nimirum exemplorum prorogari non posse. Etenim Imbertus quem eo loco in autoritatem adduxi, intelligendus est de iudicibus singulibus personis & causis delegatis, non vero de deputatis ad universitatem. Causatum, quales magis ordinatus quam delegatis comparantur. Navarrus conf. 3. de offic. deleg. Abb. cap. P. & G. num. 5. de offic. deleg. Sc propter ea ordinatorum naturam quorum jurisdictione prorogabile est etiam etiā indutus, e quinmodi delegatorum jurisdictionem prorogabile est etiam dicendum est. arg. l. cum queritur ubi DD. ff. de statu hominum. Nam & juxta notabilem illam iuris theoriam in omni actu & dispositione qualitas causa que prædonderat in actu mixto, semper est attendenda. DD. d. 1. cum queritur Cravetta ad Rubr. ff. de legatis num. 152. Abb. cap. 1. de Rescriptis. Rebuffus de privilegiis Scholarium privilegio 105.

Cum autem variis sint prorogandæ jurisdictionis species scilicet. 1. de re ad rem. 2. de loco ad locum. 3. de tempore ad tempus. 4. de persona ad personam. ⁴ Quæstio est, an his in singulis speciebus Conservatorum seu iudicium exemplorum jurisdictione possit prorogari. Paucis ut ad singulas prorogationum species respondeam. Quo ad primam, quæ est de re ad rem, verbi gratia si judex non possit cogere, nisi de summa certæ quantitatæ licebit partibus si velini prorogare & consentire, ut cognoscatur de summa majoris quantitaris. l. si idem cum eodem l. cum quædam §. quoties ff. de jurisdict. om. jud. l. de qua re §. 1. ff. de jud. Bald. l. si quædam confidit C. de Episc. audience. Abb. cap. P. & G. num. 12. de offic. deleg. Marant. d. dis. 12. num. 3. Idque nisi judex deputatus sit cum dictione taxativa, ut superius ostendit. §. Schol. 157.

S

Quo

Quo vero ad secundam speciem quae est de loco ad locum, quaestio controversia est, an prorogatio fieri possit. Affirmari videntur Barth. in l. quarto ff. de solis. Alex. & DD. l. fin. ff. de iuris. om. jud. Abb. d. cap. P. & G. num. 14. & 15. Ita tamen, si iudicium loci consenserit ut plenus explicat Maranta. d. dist. 12. num. 3. vrs. exemplum & quarta. Abb. d. num. 14. & 15. At vero negativam quod hac in specie prorogatio non admittitur, tenet Baldus in l. 1. vers.; quarto e. de iuris d. om. jud. & in d. l. si quis a confusa.

Quo ad tertiam speciem prorogationis de tempore ad tempus, hoc est an iudices habentes jurisdictionem limitataam ad certum tempus, possint consentientibus paribus eam post tempus exercere. Respondetur posse, nisi cotam ejusmodi iudicibus prorogatio sit prohibita. l. 2. §. sed. s. index ff. de iudicis. Marant. d. dist. 12. num. 3. vrs. exemplum de tercia. cap. de causis ubi D.D. de offic. del. Abb. cap. P. & G. num. 12. id. 14. idque dummodo prorogatio non extendatur in tempus successoris in jurisdictione, Abb. d. loco.

Postremo quo ad quartam speciem prorogationis de persona ad personam & haec permissa est. lib. 1. & 2. ff. de iudicis. l. si conuenienter de iuris dist. om. jud. Marant. d. dist. 12. num. 5. Licet autem Abbas in d. cap. P. & G. num. 1. & 15. de offic. delegatio in delegato prorogationem de persona ad personam admitti non posse, libenter tamen descendit in opinionem Innocentii in cap. 1. num. 7. de offic. del. Felin. d. cap. P. & G. Glossa l. 1. ff. de iudicis, cuius autoritatem ceteris praponderante restatur Antonius Corseius Tract. de Authoritate glossa. Idque quia Conservatores & iudices Exemptorum plerumque sunt ad universitatem causarum deputati, quae cum ad instar jurisdictionis ordinariae censentur, glossa cap. cum causa de appell. Hoftienscap. quoniam Abbas de offic. del. Abb. cap. P. & G. num. 5. consequens erat est, ut ejusmodi jurisdictione quam in iusta ordinaria censetur, prorogabilis sit ad instar ordinariae de personis Jurisdictioni subjectis, ad personas extraneas Jurisdictioni a quo non subjectis. l. & 2. ff. de iudicis. l. 1. C. de iuris d. om. jud. cap. significasti de foro comp. Abb. d. cap. P. & G. num. 13. in fine.

Quid autem de prorogatione causarum meri & mixti imperii, item in specie criminalium spirituum, beneficialium nec non de prorogatione tacita, plenioris et examinis, de qua materia videri poterit Abbas d. cap. P. & G. n. 15.

Q U E S T I O O C T A V A

An Conservatores procedere possint in seriis.

SUM-